



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Austreberta Virg. 10. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

10. Feb. VITÆ SANCTORUM. 105
de Hierosolymam tendit, ibi antrum la-
chrimis implet & gemitibus, qui cælo re-
pulsus audirentur. Sub hæc patriam repe-
tens, dum ex itinere castris expugnando
operam vult locare, à viâ salutis penè
exerrat cæcus. Tamen eâdem nocte in
viam rediit, recipitque quos iterum la-
chrimis det oculos. Mox solitudinis
montesque mutat, & à cacodæmone,
qui patrem mentitus frustra ad vitam ve-
terem revocabat, verberibus immanibus
cæditur. Medicinam tamen fecit VIRGO
Magna, ut tanti jam vulnere faceret
GUILIELMUS. Ultimò in stabulo
Rhodis obiit, felicius utique, quàm in
palatiis vixerat. Ex Surio.

*Unde superbit Homo, cujus conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita: necesse mori?*

*Cur carnem tuam pretiosis rebus impin-
guas & adornas, quam post paucos dies
vermes decoraturi sunt in sepulchro? ani-
mam verò non adornas, quæ Deo ab An-
gelis præsentanda est in cælis? S. Bernard.
in Medit.*

S. AUSTREBERTA VIRG.

10. Februarij.

UNDAS puella AUSTREBERTA cùm
intueretur, sacro flammeo caput
suum vidit involvi. Placuit ea forma
G 5 su-

106 VITÆ SANCTORUM. 10. Pa
superbæ; laudavit speculum; imò ab
tempore nihil, quam Partheonem co
gitavit. Quare nuptias cum aliter no
posset, fugâ elusit, fugæ comitem pa
vulum germanum trahens. Ventum era
iterum ad aquas, sed quæ ripas egressis
mare fecerant. At illa aquis sancti pro
positi olim auctoribus non diffidens,
non aliter has quam pratum casto pede
calcavit: ita non repugnantibus jam
parentibus Agno desponsa promissum
multò antè flammeum accepit. Neque
prole etsi virgo caruit. Paulò post in
coenobio Pauliacensi matrem virginis
salutarunt. Ex his fuit, cui sub no
ctem vox è cælo accidit, moneret
Antiffitam, omnes, ut è lectulo se
proriperent, juberet. Dictum, factum.
In templum ubi convenere, cubicu
lum corruit, & pro dormiente vir
ginitate vigilare cælum ostendit. Am
pliozem etiam hoc curam pro moriturâ
AUSTREBERTA habuit. Jam enim
animam cum ageret, aliique in auxi
lium Cælites excirent, vidit ipsa omnes
eo ordine, quo compellabantur, obvios
sibi venire. Quid agimus homunciones?
dubitamus pronos in vota nostra Supe
ros esse, quando per nomina citati ad
sunt? Ex Sur. & Lippelo.

*Hæc est Christi magna, larga, sola mise
ricordia, quæ Judicium omne in diem
servavit unum, & homini totum tempus*
ad